

THE SARUM RITE
Missale Sarisburiense cum nota.

Tome C.
Fasciculus I.
Pagine [I]-[102]

Commune sanctorum.
Commune apostolorum et evangelistam.
Commune martyrum.

Edited by William Renwick.

Hamilton Ontario.
The Gregorian Institute of Canada.
MMXIX.

The Sarum Rite is published by The Gregorian Institute of Canada/L'Institut grégorien de Canada, c/o School of the Arts, McMaster University, 1280 Main Street West, Hamilton, Ontario, Canada L8S 4L8. The Gregorian Institute of Canada is affiliated with the School of the Arts, McMaster University.

The Sarum Rite is distributed over the internet through .pdf files located at: www.sarum-chant.ca

This document first published January 1, 2019.

All rights reserved. This publication may be downloaded and stored on personal computers, and may be printed for purposes of research, study, education, and performance. No part of this publication may be uploaded, printed for sale or distribution, or otherwise transmitted or sold, without the prior permission in writing of the Gregorian Institute of Canada.

The Gregorian Institute of Canada/L'Institut grégorien du Canada is a charitable organization registered by the Federal Government of Canada.

www.gregorian.ca

© The Gregorian Institute of Canada, 2019.



[1508-C:1r.]

[**C** *Commune sanctorum
proprium non habentum.*]¹


C *Incipit commune apostolorum.*

[1r.]

In vigilia unius apostoli sive evangeliste.

[*Ad missam.*]² Officium. III.

GS:202; 1508-C:1r; 1513-C:1r.³



154.01.

Commune apostolorum.



vi in domo Dómi- ni : spe- rá- vi in mi- se- ri- cór-
di- a De- i me- i et expectá- bo nomen tu- um :
quó- ni- am bonum est ante conspéc- tum sanctó-
rum tu- ó- rum. *Ps.* Quid glo- ri- á- ris in ma- lí- ci-
a : qui po- tens es in i- ni- qui- tá- te.

Oratio.

QUesumus omnipotens Deus : ut
nostra devótio que natalícia
beáti. *N.* apóstoli tui antecédit :

patrocínia nobis intercessióne ejus
accúmulet. Per [Dóminum].⁴

Leccio libri sapientie. Eccclus. xlv. [Prov. x. 6. Eccclus. xlv. 26. 27. xlv. 2-9.]

Benedictio Dómini super caput
justi : ídeo dedit illi hereditátem :
divísit illi partem in tríubus duó-
decim : et invénit grátiam in con-
spéctu omnis carnis. Et magnificávit
eum in timóre inimicórum : et in
verbis suis monstra placávit. Glori-
ficávit eum in conspéctu regum : et

osténdit illi glóriam suam. In fide et
lenitáte ipsíus sanctum fecit illum : et
elégit eum ex omni carne. Et dedit
illi cor ad precépta et legem vite et
disciplíne : et excélsam fecit illum.
Státuit ei testaméntum etérnum :
circumcínxit eum zona justície. Et
índuit eum Dóminus coróna glórie.

Commune apostolorum.

¶ *Lectio libri sapientie. Proverbiorum iij. [13-20.]*

BEátus homo qui invénit sapi-
éntiam : et qui áffluit prudéntia.
Mélior est adquisitio ejus negotiatióne
argénti et auri, primi et puríssimi
fructus ejus. Preciósior est cunctis
opéribus : et ómnia que desiderántur,
huic non valent comparári. Longi-
tudo diérum in délixtera ejus : et in

sinístra illíus divítie et glória. Vie ejus
vie pulchre : et omnes sémite illíus
pacífice. Lignum vite est his qui ap-
prehénderint eam : et qui tenúerit
eam beátus. Dóminus sapiéntia fun-
dávít terram : stabilívit celos prudén-
tia. Sapiéntia illíus erupérunt abyssi :
et nubes rore concrécunt.


GS:202; 1508-C:1r, 9v; 1513-C:1r.⁵

Grad.
II.




154.03.


Us-tus ut palma * flo-ré- bit : si-cut ce-



drus Lí-ba- ni mul-tipli-cá- bi-



tur indo- mo Dó-mi-ni.




154.05.

∟ Ad annunci- ándum ma- ne



mi- se-ri-córdi- am tu- am : et ve-ri-

Commune apostolorum.



*Si in dominica fuerit dicatur unum Allelúya. de communi apostolorum, quere in officio sequenti.*⁶ [II].

Secundum Johannem. xv. [1-7.]

IN illo témpore. Dixit Jesus discípulis suis. Ego sum vitis vera, et Pater meus agrícola est. Omnem pálmitem in me non feréntem fructum : tollet eum. Et omnem qui fert fructum purgábit eum : ut fructum plus áfferat. Jam vos mundi estis propter sermónem quem locútus sum vobis. Sicut palmes non potest ferre fructum a semetípso nisi mánserit in vite : sic nec vos nisi in me mansé-

ritis. Ego sum vitis : vos pálmites. Qui manet in me et ego in eo : hic fert fructum multum : quia sine me nichil potéstis fácere. Si quis in me non mánserit : mittétur foras sicut palmes et aréscet : et cólligent eum, et in ignem mittent et ardet. Si manséritis in me, et verba mea in vobis mánserint : quodcúmque voluérítis petétis : et fiet vobis.

Secundum Johannem. xv. [5-7.]


IN illo témpore. Dixit Jesus discípulis suis. Ego sum vitis, vos pálmites. Qui manet in me, et ego in eo : hic fert fructum multum : quia sine me nichil potéstis fácere. Si quis in me non mánserit : mittétur foras

sicut palmes et aréscet : et cólligent eum, et in ignem mittent et ardet. Si manséritis in me : et verba mea in vobis mánserint : quodcúmque voluérítis petétis : et fiet vobis.

[Iv.]


GS:202, pl. w; 1508-C:1v; 12v; 1513-C:1v; 5v.⁷

Offer.
I.



154.07.

Commune apostolorum.



ti e- um : et consti- tu-ís- ti e- um
su- per ó- pe- ra má- nu- um tu- á- rum
Dó- mi- ne.


Secreta.

Accépta tibi sit Dómine nostre | tólicam puriores nos fáciat veníre fes-
devotiónis oblátio : et ad apos- | tivitátem. Per.

Prefatio quotidiana.

GS:202, pl. w; 1508:31r; 1508-C:1v, 13r; 1513:15v; 1513-C:1v, 5v.⁸

Comm. IV. 155.10.



Agna est * gló- ri- a e- jus in sa- lu- tá- ri tu-
o : gló- ri- am et magnum de- có- rem impónes su- per
e- um Dómi- ne.

Commune apostolorum.

Postcommunio.

R esta nobis etérne largítor ejus ubíque pia prótegi oratióne, cujus natalícia per hec sancta que		súmpsimus, votivo prevenímus obséquio. Per.
--	--	--

¶ *In die unius apostoli.*⁹

GS:pl. w; 1508-C:1v; 1513-C:1v.¹⁰

Offic.
II.



Ichi au-tem * ni-mis hono-rá-ti sunt amí- ci
tu- i De- us : nimis confortá-tus est prin- ci-pá- tus e-
ó- rum.

In tempore paschali.

Al-le- lú- ya.

Ps. Dómi-ne pro-básti me et cogno-vís-ti me : tu cogno-
vís-ti sessi- ónem me- am et re-surrecti- ó-nem me- am.

[Glória Patri.]¹¹

[Kýrie eléyson.]¹²

Oratio.

¶ **X**áudi Dómine pópulum tuum
cum sancti apóstoli [tui]¹³ N.
patrocínio supplicántem : ut tuo sem-

per auxílio munítus : secúra tibi possit
devotióne servíre. Per.

Ad Ephesios. ij. [19-22.]

FRatres. Jam non estis hóspites et advéne : sed estis cives sanctorum et doméstici Dei, superedificati super fundamentum apostolorum et prophetarum ipso summo angulári

lápide Christo Jesu. In quo omnis edificatio constrúcta : crescit in templum sanctum in Dómino. In quo et vos coedificámini in habitáculum¹⁴ Dei : in Spíritu Sancto.¹⁵

Lectio Actuum Apostolorum. v. [12-16.]

IN diebus illis. Per manus apostolorum fiébant signa et prodigia multa in plebe : et erant unanimiter omnes in pórticu Salomónis. Ceterorum autem nemo audébat se conjúgere illis : sed magnificábat eos pópulus. Magis autem augebátur credéntium in Dómino multitúdo virorum ac mulierum : ita ut in platéas ejícerent infirmos : et pónent in léctulis ac grabátis, ut veniente Petro saltem umbra illíus obumbráret quemquam illórum, et liberarétur omnes¹⁶ ab infirmitátibus suis. Con-

currebat autem et multitúdo vicinarum civitatum in Hierúsalem, afferentes egros et vexátos a spirítibus immúndis : qui curabántur omnes.

[Et convocantes apóstolos cesis denunciavérunt ne omníno loqueréntur in nómine Jesu : et dimiserunt eos. Et illi quidem ibant gaudentes a conspéctu concílii : quóniam digni sunt hábiti pro nómine Jesu contuméliam pati. Omni autem die in templo et circa domos non cessábant¹⁷ docétes et evangelizántes Dóminum¹⁸ Jesum Christum.]¹⁹


*Acts. v.
40-42.*

GS:pl. w; 1508-C:1v; 1513-C:1v.


160.03. Grad. II.

I-mis * ho-no-rá- ti sunt amí- ci tu- i
De- us : ni-mis confortá- tus est

Commune apostolorum.




princi-pá- tus e-ó- rum.




160.04.

∞. Di-nume-rá-bo e- os : et



su- per a-ré- nam mul-tipli- ca-bún-



tur.

GS:pl. x; 1508-C:2r; 1513-C:1v.²⁰

Grad.
II.



N omnem * ter- ram ex- í- vit so-



nus e-ó- rum : et in fi- nes orbis ter-




121.05.

re ver- ba e-ó- rum. ∞. Ce-




li e-nár- rant gló- ri- am De-

Commune apostolorum.



i : et ópe-ra má-nu-um e-



jus annún-ci- at firmamén-tum.


GS:pl. x; 1508-C:2r; 1513-C:1v.²¹

122.04. Grad.
V.




Onstí- tu- es e- os * prínci-pes su-


122.05.




per omnem ter-ram : me- mó- res e-runt nó-



mi-nis tu- i Dó-mi-ne. V. Pro pá-



tri-bus tu- is na- ti sunt



ti- bi fí- li- i : propté-re- a pópu-li con-




fi-te-búntur * ti- bi.

Commune apostolorum.


GS:pl. y; 1508-C:2v; 1513-C:1v.²²

Alle.
VIII.




122.09.


L-le lú- ya. * ⁊. Nimis ho-



no-rá- ti sunt a-mí- ci tu- i De- us : nimis




confortá- tus est princi- pá- tus * e- ó- rum.




GS:pl. x; 1508-C:2v; 1513-C:1v.²³

Alle.
VI.




096.05.

L-le- lú- ya. *



⁊. In om- nem ter- ram ex- í- vit



so- nus e-ó- rum : et in

Commune apostolorum.

vos e-lé-gi et pó-su-i vos ut e-á-
tis et fruc-tum af-fe-rá-tis : et fruc-
tus ves-ter* má-ne-at.

¶ *Infra septuagesimam.*


GS:203; 1508-C:3r; 1513-C:1v.²⁶

Tract.
VIII.



E-á-tus vir* qui timet Dó-mi-num :
in man-dá-tis e-jus cu-pit ni-
mis. ¶ Po-tens in terra e-rit semen e- jus :
ge-ne-rá-ti-o rec-tó-rum be-ne-di-cé-tur.

Commune apostolorum.




♩. Gló-ri-a et di-ví-ti-e in domo e-
 jus : et jus-tí-ci-a e- jus ma- net in sé-cu-
 lum sé-cu-li.

1508-C:3v; 1513-C:2r.²⁷

[2r.]
 ah53228.

Seq.
 VII.

a.
 La-re sanctó-rum * se-ná-tus a-posto-ló-rum : prin-
b¹.
 ceptus orbis terrá-rum rectorque regnó-rum. Eccle-si-á-
b².
 rum mo-res et vi-tam mode-rá-re. Qui per doctrí-nam tu-
c¹.
 am fi-dé-les sunt u-bí-que. Antí-ochus et Remus concé-
c².
 dunt ti-bi Petre regni só-li-um. Ty-ránni-dem tu Paule

Commune apostolorum.

A-lex-andrí-nam : invas-ís-ti Gré-ci- am. Ethí-opes hór-
ri-dos Mathé-e agnél-li vél-le-re. Qui má-cu-las nésci-
at á-li-quas vestís-ti cándi-do. Thoma Bartho-lomé-e :
Jo-hánnes Phi-lippe Symon. Ja-co-bí-que pá-ri-les André-
a Thá-de-e De-i. Bel-la-tó-res ín-cly-ti. En vos ó-
ri-ens et óc-ci-dens. Immo te-res mundi círcu-lus. Se
patres ha-bé-re gaudent : et expéctant jú-di-ces. Et id-
círcu mundus omnis laudes vo-bis et honó-rem sanctis
dé-bi-tum sup-plex impén-dit.

Commune apostolorum.

Alia.


1508-C:4r; 1513-C:2r.²⁸

ah54086.




*a*¹.
L-le-lú-ya * nunc de-cántet u-ni-versá-lis ec-clé-
*a*².
si-a. Extol-léndo lauda celsa : a-posto-ló-rum pre- có-
*b*¹.
ni-a. Quo-rum princeps per cru-cem scandit Petrus al-ta
*b*².
po-li cúlmi-na. Doctor orbis tri-úmphant sub Ne-róne
*c*¹.
urbe in Romú-le-a. Crux André-e digna confert pré-
*c*². *d*¹.
mi-a. Ja-cóbus u-térque ni-tet láure- a. Ege- as il-lum :
*c*³.
hos Ju-dá- i-ca gens transmí-sit ad éthe-ra. Sunt Mathé-o
*c*⁴.
sunt Jo-hánni cól-la- ta. Du-o cla-ra gra-ti- á-rum mú-ne-ra.


Commune apostolorum.




Hír-ta-cus il-lum ne-cat hunc su-as Je-sus vo-cat ad é-pu-las.



Phi-líppus Chris-ti grá-ti- a do-cens pré-di-cans in Scíthi-a.




Thomas confóssus lánce- a cursum consúmmat in Indi-a.




Symon et Ju-das dum sac-ra Persis osténdunt mó-ni-ta.




Fu-sus sanguis ambos sto-la : perlustrá-vit purpú-re-a.



Bartho-lomé-us dat Indis vi-te dógma-ta. Mathí-e



culmen de-dit sors a-postó-li-ca. Plaudat ergo tel-lus



plaudat ce-ló-rum cú-ri-a. Et hac di-e sac-ra plaudat

Commune apostolorum.

pre-sens fa-mí-li-a. Hono-ránda sacro-sáncta a-pos-to-
ló-rum mé-ri-ta. Hi sunt cande-lá-bra ante De-um lu-
cénti-a. Hi pre-lá-ti cel-sa summi re-gis in cú-ri-a.
Hi sal ter-re hi lux mundi, hi cla-ra ce-li lúmi-na. Jam pal-
ma, jam co-ró-na : jam promís-sa o-lim mensa il-lis est
appó-si-ta. O quanta quam preclá-ra, quam jo-cúnda ce-le-
brán-tur il-ló-rum so-lénni-a. His nostra sint so-lénni-a.
Sint vo-ta sint pre-có-ni-a. Sint gra-ta laudum cármi-na.

i.^{1.}
b.^{3.}
b.^{4.}
i.^{2.}
k.^{1.}
k.^{2.}
i.^{1.}
i.^{2.}
m.

¶ *Secundum Johannem. xv. [17-25.]*

IN illo tēpore : Dixit Jesus discipulis suis. Hec mando vobis ut diligátus ínvicem. Si mundus vos odit : scitóte quia me priórem vobis ódio hábuit. Si de mundo fuissétis : mundus quod suum erat dilígeret. Quia vero de mundo non estis : sed ego elégi vos de mundo : proptérea odit vos mundus. Mementóte sermónis mei quem ego dixi vobis : non est servus major dómīno suo. Si me persecúti sunt et vos persecúentur. Si sermónem meum servavérunt : et vestrum servábunt. Sed hec ómnia

fácient vobis propter nomen meum : quia nésciunt eum qui misit me. Si non veníssem et locútus fuíssem eis : peccátum non habérent.²⁹ Nunc autem excusatiónem non habent de peccáto suo. Qui me odit, et Patrem meum odit. Si ópera non fecíssem in eis que nemo álius fecit : peccátum non habérent. Nunc autem et vidérunt et odérunt et me et Patrem meum. Sed ut adimpleátur sermo qui in lege eórum scriptus est : Quia ódio habuérunt me gratis.

Secundum Mattheum. x. [16-23.]

IN illo tēpore : Dixit Jesus discipulis suis. Ecce ego mitto vos sicut oves in médio lupórum. [2v.] Estóte ergo prudéntes sicut serpéntes : et simplices sicut colúmbe. Cavéte autem ab homínibus. Tradent enim vos in concíliis : et in synagógis suis flagellábunt vos : et ad présides et ad reges ducémini propter me in testimoníum illis et géntibus. Cum autem tradent vos nolíte cogitáre

quómo aut quid loquámini. Dábitur enim vobis in illa hora, quid loquámini. Non enim vos estis qui loquímīni : sed Spíritus Patris vestri qui lóquitur in vobis. Tradet autem frater fratrem in mortem : et pater filium : et insúrgent³⁰ filii in paréntes, et morte eos afficient. Et éritis ódio ómnibus homínibus³¹ propter nomen meum. Qui autem perseveráverit usque in finem : hic salvus erit.

³²*Secundum Mattheum. xix. [27-29.]*

IN illo tēpore. Dixit Symon Petrus ad Jesum, Ecce nos reliquimus ómnia, et secúti sumus te. Quid ergo erit nobis ? Jesus autem

dixit illis, Amen dico vobis : quod vos qui secúti estis me : in regeneratióne cum séderit Fílius hóminis in sede majestátis sue : sedébitis et vos super

sedes duódecim, iudicántes duódecim tribus Israel. Et omnis qui reliquerit domum, vel fratres, aut soróres, aut patrem, aut matrem, aut uxórem, aut

filios, aut agros propter nomen meum : céntuplum accípiet et vitam etérnam possidébit.

¶ *Secundum Mattheum. xvj. [13-19.]*

IN illo témpore. Venit³³ Jesus in partes Cesarée Philíppi : et interrogábat discípu- los suos dicens, Quem dicunt hómines esse Fílium hóminis ? At illi dixérunt, Alii Johán- nem Baptistam : álii autem Helýam : álii vero Hieremíam, aut unum ex prophétis. Dicit illis Jesus, Vos autem quem me esse dicitis ? Respóndens Simon Petrus, dixit, Tu es Christus Fílius Dei vivi. Respóndens autem Jesus, dixit ei, Beátus es Symon Barjóna :

quia caro et sanguis non revelávit tibi : sed Pater meus qui in celis est. Et ego dico tibi : quia tu es Petrus : et super hanc petram edificábo ecclési- am meam. Et porte ínferi non preva- lébunt advérsus eam. Et tibi dabo claves regni celórum. Et quodcúm- que ligáveris super terram : erit ligá- tum et in celis. Et quodcúmque sól- veris super terram : erit solútum et in celis.

Secundum Lucam. xxij. [24-30.]

IN illo témpore. Facta est con- téntio inter discípu- los Jesu : quis eórum viderétur esse major. Dixit autem eis, Reges géntium dominántur eórum : et qui potestátem habent super eos, benéfici vocántur. Vos autem non sic. Sed qui major est in vobis, fiat sicut minor. Et qui precéssor est : sicut ministrátor. Nam quis major est qui recúmbit : an qui

ministrat ? Nonne qui recúmbit ? Ego autem in médio vestrum sum : sicut qui ministrat. Vos autem estis qui permansístis mecum in temp- tationibus meis. Et ego dispóno vobis sicut dispósuit michi Pater meus regnum : ut edátis et bibátis super mensam meam in regno meo : et sedeátis super thronos iudicántes duódecim tribus Israel.

Commune apostolorum.

GS:203, pl. z; 1508-C:5r; 1513-C:2v.³⁴


Offer.
II.



N omnem * ter- ram ex-í- vit so-



nus e-ó- rum : et in fi- nes or-bis ter-re ver-



ba e-ó-rum.


160.07.

GS:203, pl. z; 1508-C:2v; 1513-C:2v.³⁵

Offer.
III.




Onstí- tu- es * e- os prín-ci- pes su- per



om- nem ter- ram : me- mó-res e- runt nó- mi-



nis tu- i in om- ni pro- gé- ni- e et ge-




ne- ra- ti- ó- ne.

122.10.

Commune apostolorum.

GS:203, pl. z; 1508-C:5v; 1513-C:2v.³⁶

123.08. Offer. III.  I-chi * au-tem ni- mis hono- ri-fi-cá-
ti sunt a-mí- ci tu- i De- us : nimis
con-fortá- tus est prin- ci-pá- tus e- ó-
rum.

In tempore paschali.

Al- le- lú-ya.

Secreta.

BEáti apóstoli tui. *N.* Dómine
sollemnia recensentes quésumus :
ut ejus auxilio tua beneficia capiamus :


pro quo tibi hóstias laudis offerimus. [3r.]
Per.

Prefacio. Et te Dómine.

GS:203, pl. z; 1508-C:5v; 1513-C:3r.³⁷

106.09. Comm. II.  Os qui se-cú-ti * es-tis me : se-dé-bi-tis su-per

Commune apostolorum.



se-des ju-di-cantes du-óde-cim tri-bus Isra-el : di-cit

Dómi-nus.

In tempore paschali.

Rylands-24:395; 1513-C:3r.



Al-le-lú- ya al-le- lú- ya.

Postcommunio.



TUere nos miséricors Deus per
hec sancta que sumpsimus : et
beáti apóstoli tui *N.* cujus natalicia

celebrámus semper gubérna presidíis.
Per.


¶ *In natali unius evangeliste.*

[*Ad missam.*] ³⁸


GS:204; 1508-C:5v, 26v; 1513-C:3r. ³⁹

155.01. Offic. VI. 
 S jus- ti * me-di- tá- bi-tur sa-pi- énti- am :



et lingua e- jus loqué-tur ju-dí- ci- um, lex De- i


e- jus in corde ipsí- us.

In tempore paschali.


Alle- lú- ya al-le- lú- ya.

155.02. 
Ps. No-li emu-lá-ri in ma-lignánti-bus : neque ze-lá-ve-


ris fa-ci- éntes i-ni-qui-tá-tem. Gló-ri- a Pa-tri et Fí-li- o


et Spi-rí- tu- i Sancto : si-cut e-rat in princí-pi- o. **XX.**

Oratio.

Intervéniat pro nobis Dómine
quésumus sanctus tuus *N.* evan-
gelísta : quod crucis mortificatióem

júgitur in suo córpore pro tui nóminis
honóre portávit. Per.


L Lectio Ezechielis prophete. j. [10-14.]

Similitúdo vultus quáttuor ani-
málium : fácies hóminis et
fácies leónis a dextris ipsórum quát-
tuor. Fácies autem bovis, a sinístris
ipsórum quáttuor. Et fácies aquíle
desuper ipsórum quáttuor. Et⁴⁰ fácies
eórum et penne eórum exténte de-
super. Due penne singulórum junde-
bántur : et due tegébant córpora
eórum. Et unumquódque eórum co-
ram fácie sua ambulábat. Ubi erat

ímpetus spíritus illuc gradiebántur, et
non⁴¹ revertébantur cum ambulárent.
Et similitúdo animálium et⁴² aspéctus
eórum quasi carbónum ignis ardén-
tium : et quasi aspéctus lampadárum.
Hec erat visio discúrrens in médio
animálium. Splendor ignis, et de igne
fulgur egrédiens. Et animália ibant et
revertébantur in similitúdinem fúl-
guris coruscántis.

GS:204; 1508-C:6r; 1513-C:3r.⁴³

Grad.
I.




137.03.

S * jus- ti me-di- tá-bi- tur sa-
pi- én- ti- am : et lin-gua e- jus
137.04.

lo- qué-tur ju-dí-ci- um. ✎. Lex De- i e-


In natali unius evangeliste.



jus in cor- de ip-sí-
us : et non supplan-ta-bún-tur
* gres-sus e- jus.

GS:204; pl. v; 1508-C:6r; 1513-C:3r.⁴⁴

Alle.
V.



L-le-lú-ya. * V. Pri-mus
ad Sy-on di- cet, Ec- ce as-sum : et Hie-rú-
sa- lem e-vange- lístam * da-bo.

Seq.
V.



ah40379.

*a*¹.

Aus de-vó- ta men-te cho-ro concin-én-te Christo

*a*².

sit cum gló- ri- a. Qui e-van-ge-lístas ve-ri dogma-tís-tas

*b*¹.

insigní- vit grá- ti- a. Quique su- o mo-re lu-cem ex ful-

*b*².

gó-re dat per orbis clíma-ta. Ta-les dum e-lé-git per quos

*c*¹.

jam sub-é-git hé-re-ses et scísma-ta. His bis bi-ni fontes

*c*².

val-les atque mon-tes ir-ri-gántes flúmi-ne. Orti pa-

ra-dí-so mundum indi-ví- so : il- lustrántes fámi-ne.

*d*¹.

Il-los per bis bi- na ví-si- o di-ví-na signat a-nimá-li- a.

In natali unius evangeliste.

A qui-búsdam vi- sa formis tunc di-ví-sa gestu sed equá-
li- a. Pennis de-co-rá-ta terris e-le-vá-ta cum ro-tis
e-únti- a. Fá-ci- e se-ré-na o-cu-ló-rum ple-na Verbi
De- i núnci- a. In his possunt cerni ánnu-li qua-tér-ni
qui-bus arca vé-hi-tur. Quo-rum dogma sa-num per Sama-
ri-tá-num circunquáque sé-ri-tur. Ta- li qua-si plaustro
mú-li- er ab austro Sa-lomónem á-di- it. In hac seu
quadrí-ga Agnus est áuri- ga qui pro no-bis ó-bi- it. Istit

d².
e¹.
e².
f¹.
f².
g¹.
g².
b¹.

In natali unius evangeliste.

in bis bi- nis ca-put est et fi-nis Christus complens óm-
ni- a. Ho-rum do-cumén-tis ho-rum instrumén-tis flo-
rens stat ecclé- si- a. Ho- rum nos pre-cá-tu mortis a
re-á-tu : solvat Chris-ti grá- ti- a. Ho- rum ut doctrí-na
virtus nos di-ví-na du-cat ad ce-lés-ti- a.

Secundum Lucam. x. [1-7.]

IN illo témpore. Designávit Dó-
minus et álios septuagínta duos :
et misit illos binos ante fáciem suam
in omnem civitátem et locum quo
erat ipse ventúrus. Et dicébat illis,
Messis quidem multa : operárii autem
pauci. Rogáte ergo dóminum messis :
ut mittat operários in messem suam.
[3v.] Ite. Ecce ego mitto vos sicut agnos
inter lupos. Nolíte ergo⁴⁶ portáre
sácculum neque peram, neque calcea-

ménta : et néminem per viam salu-
tavéritis. In quamcúmque domum
intravéritis primum dícite, Pax huic
dómui. Et si ibi fúerit fílius pacis :
requiécet super illum pax vestra.
Sinautem⁴⁷ ad vos revertétur. In
eádem autem domo manéte : edéntes
et bibéntes que apud illos sunt.
Dignus est enim operárius mercéde
sua.


Credo.

In natali unius evangeliste.

In tempore paschali. Evangelium. Ego sum vitis vera. ut supra. [4.]

GS:204; 1508:30v; 1508-C:7r, 12r; 1513:15v; 1513-C:3v; 5r.⁴⁸

155.07. Offer. VIII.



O-su- ís- ti * Dó- mi- ne in cá-
pi-te e-jus co-ró- nam de lá-pi-de
pre-ci- ó- so : vi-tam pé- ti- it a
te tri-bu- ís- ti e- i, al-le- lú- ya.

Et finiatur cum Allelúya. quandoquaque dicitur extra septuagesimam.

⁴⁹*Secreta.*

<p>Donis celéstibus da nobis qué- sumus Dómine líbera mente servíre : ut múnera que deférimus :</p>	<p>interveniénte beáto <i>N.</i> evangelísta : et medicínam nobis operéntur et véniam. Per.</p>
--	---

*Prefatio. Et te Dómine. 1165. Non dicitur in hac prefatione Per beátos evangelístas : sed Per beátos apóstolos.*⁵⁰


In natali unius evangeliste.

GS:202; pl. w; 1508-C:7v; 1513-C:3v.⁵¹


Comm.
IV.



Agna est * gló- ri- a e- jus in sa- lu- ta- ri tu-



o : gló- ri- am et magnum de- có- rem impónes su- per



e- um Dómi- ne.

⁵²*Postcommunio.*

Resta quésumus omnipotens
Deus : ut id quod de sancto
altári percépinus : précibus beáti



evangeliste tui *N.* salvíficet ánimas
nostras per quod semper tuti esse
póssimus. Per.


155.10.


¶ *In natali unius martyris.*

[*Ad missam.*] ⁵³


GS:205; 1508-C:8v; 1513-C:3v. ⁵⁴

131.02. Offic. I. 
 Us- tus * ut palma flo-ré- bit, si-cut cedrus


Lí-ba-ni mul-tipli-cá- bi- tur : plantá- tus in domo




Dómi- ni in á-tri- is domus De- i nos- tri.

131.04. 
Ps. Bonum est confi-té-ri Dómi-no : et psál-le-re nómi-ne


tu- o al-tíssi- me.

Aliud.

GS:205; 1508-C:7v; 1513-C:3v. ⁵⁵

144.01. Offic. I. 
 Us- tus * non conturbá-bi- tur qui- a Dómi-

In natali unius martyris.



nus firmat ma-num e-jus : to-ta di- e mi-se-ré- tur et cóm-
mo-dat : et se-men e-jus in be-ne-dic-ti- ó- ne e-
rit : in e- térnum conser- vá-bi- tur. *Ps.* No-
li emu-lá-ri in ma-lignánti-bus : neque ze-lá-ve-ris fa-ci-
éntes i- niqui-tá- tem. Gló-ri- a Pat-ri et Fí-li- o et



144.02.

Spi-rí-tu- i Sancto. **XX.**

Aliud.

GS:204; 1508-C:7v; 1513-C:3v.⁵⁶

Offic.
VII.




Ló-ri- a * et honó- re co-ro-nás- ti e- um : et

148.01.

In natali unius martyris.

148.02.



consti-tu-ís-ti e- um su-per ópe- ra má- nu- um
tu- á- rum. *Ps.* Dó-mi-ne Dómi-nus nos-ter : quam ad-
mi-rá-bi-le est nomen tu-um in u-ni-vér- sa ter- ra.
Gló- ri- a Pa. **XX.**

Aliud.


GS:205; 1508-C:8r; 1513-C:3v.⁵⁷

031.01. Offic. VIII.



X N virtú-te tu- a* Dómi- ne le- tá- bi- tur jus- tus :
et su- per sa-lu- tá- re tu- um ex- ultá- bit ve- he- mén-
ter : de- si- dé- ri- um á- ni- me e- jus tri- bu- ís- ti
e- i. *Ps.* Quó- ni- am pre- ve- nís- ti e- um in be- ne- dic- ti-

In natali unius martyris.




ó-ni-bus dulcé-di-nis : po-su-ís-ti in cá-pi-te e-jus co-
ró-nam de lá-pi-de pre-ci- ó-so. Gló-ri- a Pa-tri et Fí-li- o
et Spi-rí- tu- i Sancto. **XX.**

Aliud.

GS:205, pl. z; 1508-C:8r;1513-C:3v.⁵⁸


Offic.
VIII.



E-tá- bi- tur * jus- tus in Dó-mi- no et spe-
rá- bit in e- o : et lauda-bún- tur om- nes
rec- ti corde.

027.01.

In tempore paschali.



Alle-lú- ya al-le- lú- ya.
Ps. Ex-áudi De-us o-ra-ti- ónem me- am cum dépre-cor :

027.02.

In natali unius martyris.



a timó-re i-nimí-ci é-ri-pe á-nimam me-am.



Gló-ri- a Pa-tri et Fí-li- o et Spi-rí- tu- i Sancto. **XX.**

Aliud.

GS:205; 1508-C:8v; 1513-C:3v.⁵⁹

093.01.

Offic.
VII.



Ro-tex-ís-ti me * De- us a convén-tu ma-lig-



nánti- um al-le-lú- ya : a mul-ti-tú- di- ne ope-rán-



ti- um i-niqui-tá- tem al-le-lú- ya al-le- lú- ya.

093.02.



Ps. Ex-áudi De-us o-ra-ti- ónem me-am cum dépre-cor :



a timó-re i-nimí-ci é-ri-pe á- nimam me- am.



Gló- ri- a Pa-tri et Fí-li- o et Spi-rí-tu- i Sancto. **XX.**

Oratio.

[**R**esta quésumus omnipotens
Deus : ut qui beati *N.* mártiris
tui natalícia cólimus, intercessióne

ejus in tui nóminis amóre roborémur.
Per.

*Alia Oratio.]*⁶⁰

Adésto Dómine supplicatióne
nostris : et intercessióne beati *N.*
mártiris tui perpétuam nobis miseri-

córdiam benígnus impénde. Per
Dómini.

¶ *Lectio libri Sapientie. Ecclus. xiiij. et xv. [xiv. 22 ; xv. 3-4, 6.]*

Béatus vir qui in sapiéntia mor-
rábitur : et qui in justícia medi-
tábitur : et in sensu cogitábit circum-
spectiõem Dei. Cibábit⁶¹ illum pane
[4r.] vite et intelléctus : et aqua sapiéntie
salutáris potábit illum. Et firmábitur

in illo et non flectétur : et continébit
illum et non confundétur : et exal-
tábit illum apud próximos suos. Et
nómine etérno hereditábit illum :
Dóminus Deus noster.

¶ *Ad Ephesios. j. [3.]*

Fratres. Benedíctus Deus et Pa-
ter Dómini nostri Jesu Christi :
qui benedíxit nos in omni bene-
dictiõem spirituáli in celéstibus in
Christo : sicut elégit nos in ipso ante
mundi constitutiõem : ut essémus
sancti et immaculáti in conspéctu ejus
in caritate. Qui predestinávit nos in
adoptiõem filiórum per Jesum

Christum in ipsum secúndum pro-
pósitum voluntátis sue in laudem⁶²
grátie sue in qua gratificávit nos in
dilécto Fílio suo. In quo habémus
redemptiõem per sánguinem ejus
remissiõem peccatórum : secúndum
divítias grátie sue⁶³ que superabun-
dávit in nobis. Per Jesum Christum
Dóminum nostrum.⁶⁴

¶ *Lectio libri Sapientie. Ecclus. xxxj. [8, 11.]*

Béatus vir⁶⁵ qui invéntus est sine
mácula : et qui post aurum non
ábiit : nec sperávit in thesáuris
pecúnie.⁶⁶ Quis est hic et laudábitur
eum ? Fecit enim mirabília in vita

sua. Qui probátus est in illo : et
perféctus invéntus⁶⁷ est : et⁶⁸ erit illi
glória etérna. Qui pótuit tránsgridi et
non est tránsgréssus : et⁶⁹ fácere mala
et non fecit. Ideo stabílitá sunt bona

illius in Dómino : et elemósynas illius

enarrábit omnis ecclésia sanctorum.

Ad Timotheum. II. *iii.* [I-8.]

Carissime. Testificor coram Deo et Jesu Christo : qui iudicáturus est vivos et mórtuos : per advéntum ipsius et regnum ejus. Prédica verbum : insta opportúne, importúne. Argue, obsécra, increpa in omni paciéntia et doctrína. Erit enim tempus cum sanam doctrínam non sustinébunt : sed ad sua desidéria coacervábunt sibi magistros pruriéntes áuribus. Et a veritáte quidem áudítum avértent, ad fábulas autem con-

verténtur. Tu vero vigíla, in ómnibus labóra : opus fac evangelíste : ministérium tuum imple : sóbrius esto. Ego enim jam delíbor : et tempus mee resolutiónis⁷⁰ instat. Bonum certámen certávi : cursum consummávi : fidem servávi. In⁷¹ réliquo repósita est michi coróna justície, quam reddet michi Dóminus in illa die justus iudex. Non solum autem michi : sed et his⁷² qui díligunt advéntum ejus.

Ad Timotheum. [II. Tim. II. 4-10.]

Carissime. Nemo militans Deo, ímplicat se negótiis secularibus : ut ei pláceat cui se probávit. Nam et qui certat in agóne non coronátur nisi legitime certáverit. Laborántem agricolam : opórtet primum de frúctibus percípere. Intéllige que dico : dabit enim tibi Dóminus in ómnibus intelléctum. Memor esto ígitur⁷³

Jesum Christum resurrexisse a mórtuis ex sémine David secundum Evangélium meum, in quo labóro usque ad víncula : quasi male óperans : sed verbum Dei non est alligátum. Ideo ómnia sustíneo propter eléctos ut et ipsi salútem consequántur : que est in Christo Jesu cum glória celésti.

[*Lectio epistole beati Pauli apostoli*]⁷⁴ ⁷⁵*Ad Galatas. v.* [10-12. vj. 12-14.]

Fratres. Confido in⁷⁶ vobis in Dómino : quod nichil áliud sapiétis. Qui autem contúrbat vos : portábit iudícium quicúmque est ille. Ego autem fratres si circumcisiónem adhuc prédico : quid adhuc persecutióne pátior ? Ergo evacuátum

est scándalum crucis. Utinam et abscindántur qui vos contúrbant. Quicúmque enim volunt placére in carne : hi cogunt vos circumcíditi tantum : ut crucis Christi persecutióne non patiántur. Neque enim qui circumcidúntur legem custódiunt :

[4v.]

In natali unius martyris.

sed volunt vos circumcidi : ut in carne
vestra gloriéntur. Michi autem absit
gloriári nisi in cruce Dómini nostri

Jesu Christi. Per quem michi mun-
dus crucifixus est : et ego mundo.

GS:206; 1508:29v; 1508-C:8v; 1513:15r; 1513-C:4v.⁷⁷

Grad.
I.





027-03.


O-su- ís-ti* Dó- mi-ne su- per ca-
put e- jus co- ró- nam de
027-04.
lá-pi-de pre- ci- ó- so. ✠ De-si-dé-
ri- um á- nime e- jus tri- bu- ís-
ti e- i : et vo- luntá- te la- bi- ó- rum
e- jus non fraudás-ti* e- um.

In natali unius martyris.

GS:206; 1508-C:9r; 1513-C:4v.⁷⁸


155.03. Grad. V.  E-á- tus vir * qui ti-met Dó- mi-
num : in mandá- tis e- jus cu- pit
155.04. nimis.  Po-tens in terra
e- rit se- men e- jus :
ge-ne-rá-ti- o rectó- rum * be-ne-di-
cé- tur.

GS:206; 1508-C:9r; 1513-C:4v.⁷⁹


131.06. Grad. V.  Us- tus* non conturbá- bi- tur : qui- a Dó-

In natali unius martyris.


131.08.




mi- nus fir- mat ma- num e- jus. *∞*. To-



ta di- e mi-se-ré-tur et cómmo-dat : et semen



e- jus in be-ne-dic-ti-ó-ne * e-




rit.

GS:202; 1508-C:1r, 9v; 1513-C:1r, 4v.⁸⁰


Grad.
II.




013.05.




Us-tus ut palma * flo-ré- bit : si-cut ce-



drus Lí-ba- ni mul-tipli-cá- bi-




tur in do- mo Dó-mi-ni.



013.06.

∞. Ad annuci- ándum ma- ne



In natali unius martyris.




mi- se-ri-córdi- am tu- am : et ve-ri-
tá-tem tu- am per * noc-tem.

GS:206; 1508-C:9v; 1513-C:4v.⁸¹

Alle.
I.





L- le- lú-ya. *



∞. Po-su- ís-ti Dó- mi- ne su-per ca-put
e- jus : co- ró- nam de lá-
pi-de * pre- ci- ó-so.


GS:207; 1508-C:7v.⁸²

155.06. Alle.
I.




L-le- lú- ya. *

In natali unius martyris.




∞. Jus-tus ut palma flo-ré-bit, et si-cut ced-
drus : * mul-
ti-pli-cá-bi-tur.

Alle.
VIII.



GS:207; 1508-C:10r; 1513-C:4v.⁸³



L-le- lú- ya.* ∞. Le-
tá-bi-tur jus- tus in Dó- mi-no et spe-rá-
bit in e- o : et lauda-bún- tur
om- nes recti * cor- de.

In natali unius martyris.

GS:207; 1508-C:10r.⁸⁴

Alle.
VIII.



L- le- lú- ya. *

∞. Is- te sanc- tus dig- ne in me-

mó-ri- am vér-ti-tur hó- mi-num qui ad gáu-

di- um trán- si- it * an- ge- ló- rum.

GS:207; 1508-C:10v; 1513-C:4v.⁸⁵


Alle.
I.



L-le-lú- ya. *

∞. Be- á- tus vir qui suf- fert tempta- ti- ó-



In natali unius martyris.



nem : quó-ni- am cum pro-bá-tus fú-e- rit ac-cí-pi-
et co-ró- nam * vi- te.

GS:208; 1508-C:10v; 1513-C:4v.⁸⁶

Alle.
V.





L-le-lú-ya. * V. Be- á-
tus vir qui timet Dómi-num : in mandá-
tis e- jus cu-pit * nimis.

027.05.

GS:208; 1508:30r; 1508-C:10v; 1513:15r; 1513-C:4v.⁸⁷


Alle.
II.




L-le-lú-ya. * V. Gló- ri-
a et honó- re co-ro-nás- ti

093-05.

In natali unius martyris.



e-um Dómi- ne : et consti-tu-ís-ti e- um su-per





ó- pe-ra má-nu-um * tu-á- rum.


GS:208; 1508-C:11r; 1513-C:4v.⁸⁸

Alle.
II.


095.03.



L-le-lú-ya. * N . Jus-



tus non conturbá- bi-tur : qui-a Dó-





mi-nus fir- mat ma-num * e- jus.


1508-C:11v; 1513-C:4v.⁸⁹

Seq.
VIII.

ah53242.



Rgá-ni-cis ca-ná-mus * mó-du-lis nunc *N.* so-lén-




ni- a. Omní-ge-nis Dómi-no vó-ci-bus reddentes o-


In natali unius martyris.

das dé-bi-tas. Qui in su-is sanctis mi-rá-bi-lis nimis
mul-típli-ci virtú-tum flo-re : e-ósdem de-có-rat ac mi-
rí-fi-ce a-dórnat. Nam et in ipsis qua-si in qui-bús-
dam mú-si-cis instruméntis dí-gi-to própri-o fi-des á-
gi-tat fi-des virtú-tum sonó-ra. Has nume-ró-se percúr-
rens síngu-las. Permíscet síngu-lis dy-a-tésse-ron mel-
lí-flu-am me-ló-di-am. Quam gé-ne-rat virtú-tum ma-
ter il-la. Que á-li-is de-cé-nter compó-si-ta reddit su-


In natali unius martyris.




 á-*vem* symphó-ni- am. Qua si-ne cuncta. Fi- unt dís-




 so-na. Necnon et frí-vo-la. Qua cum ómni- a. Fi- unt




 cónso-na. Necnon u-tí-li- a. Qua justí be-ne. Mo-rá-




 ti ri-te. Pe-téntes excélsa po-li sý-de-ra. A-lá-cres de-



 cántant no-va cánti-ca in cýtha-ra Tra- í-ci- a. Quo-rum





 a-géntes festa consórti- a me-re-ámur in ce-lésti pá-



 tri- a.

GS:208; 1508-C:11v; 1513-C:4v.⁹⁰

031.06. Tract. VIII.

 E-si-dé- ri- um * á- nime e- jus

In natali unius martyris.

tri- bu- í- sti e- i : et vo- luntá- te la-
bi- ó- rum e- jus non frau- dásti e-
um. *℣.* Quó- ni- am pre- ve- nís- ti
e- um in be- ne- dic- ti- óne
dulcé- di- nis. *℣.* Po- su- í- sti su- per ca-
put e- jus co- ró- nam de lá- pi- de
pre- ci- ó- so.

¶ *Secundum Johannem. xij. [24-26.]*

IN illo témpore. Dixit Jesus dis-
cípulis suis. Amen amen dico
vobis : nisi granum fruménti cadens
in terram⁹¹ mórtuum fúerit : ipsum
solum manet. Si autem mórtuum

fúerit : multum fructum affert. Qui
amat ánimam suam : perdet eam. Et
qui odit ánimam suam in hoc mundo :
in vitam etérnam custódit eam. Si
quis michi minístrat : me sequátur.

Et ubi sum ego : illic et minister meus erit. Si quis michi ministraverit :

honorificabit eum Pater meus qui est in celis.⁹²

Secundum Lucam. x. [16-20.]

IN illo tempore. Dixit Jesus discipulis suis. Qui vos audit : me audit. Qui⁹³ vos spernit : me spernit. Qui autem me spernit : spernit eum qui misit me. Reversi sunt autem septuaginta duo cum gaudio : dicentes, Domine : etiam demonia subjiciuntur nobis in nomine tuo. Et ait [5r.] illis, Videbam Satanam sicut fulgor

de celo cadentem. Ecce dedi vobis potestatem calcandi supra serpentes et scorpiones : et super omnem virtutem inimici : et nichil vobis nocabit. Verumtamen in hoc nolite gaudere : quia spiritus vobis subjiciuntur. Gaudete autem quod nomina vestra scripta sunt in celis.

Secundum Mattheum. xvj. [24-28.]

IN illo tempore. Dixit Jesus discipulis suis. Si quis vult post me venire : abneget semetipsum, et tollat crucem suam, et sequatur me. Qui enim voluerit animam suam salvam facere : perdet eam. Qui autem⁹⁴ perdidit animam suam propter me : inveniet eam. Quid enim prodest homini si mundum universum lucratur : anime vero sue detrimen-

tum patiatur ? Aut quam dabit homo commutationem pro anima sua ? Filius enim hominis venturus est in gloria Patris sui cum angelis suis : et tunc reddet unicuique secundum opera⁹⁵ ejus. Amen dico vobis : sunt quidam de hic stantibus qui non gustabunt mortem donec videant Filium hominis venientem in regno suo.

Secundum Lucam. xiiij. [26-33.]

IN illo tempore. Dixit Jesus discipulis suis,⁹⁶ Si quis venit ad me : et non odit patrem suum, et matrem, et uxorem, et filios, et fratres, et sorores : adhuc autem et animam suam : non potest meus esse discipulus. Et qui non bajulat crucem suam et venit post me : non potest

meus esse discipulus. Quis enim ex vobis volens turrim edificare : nonne⁹⁷ prius sedens computat sumptus qui necessarii sunt : si habeat ad perficiendum : ne postea quam⁹⁸ posuerit fundamentum : et non potuerit perficere : omnes qui viderint⁹⁹ incipiant illudere ei, dicentes : Quia hic homo

cepit edificare et non potuit consummare ? Aut quis rex iturus committere bellum adversus alium regem : non prius sedens¹⁰⁰ cogitat si possit cum decem millibus occurrere ei qui cum viginti millibus venit ad se ?

Alioquin adhuc illo longe agente : legationem mittens rogat ea que pacis sunt. Sic ergo omnis ex vobis : qui non renuntiat omnibus que possidet : non potest meus esse discipulus.

Secundum Mattheum. x. [26-32.]

IN illo tempore : Dixit Jesus discipulis suis. Nichil¹⁰¹ operum quod non revelatur¹⁰² : et occultum quod non sciatur. Quod dico vobis in tenebris : dicite in lumine : et quod in aure auditis predicare super tecta. Et nolite timere eos qui occidunt corpus : animam autem non possunt occidere. Sed potius eum timete¹⁰³ qui potest et animam et corpus

perdere in gehennam. Nonne duo passeret asse veneunt : et unus ex illis non cadet super terram sine Patre vestro ? Vestri autem et¹⁰⁴ capilli capitis, omnes numerati sunt. Nolite ergo timere : multis passeribus meliores estis vos. Omnis ergo qui confitebitur me coram hominibus : confitebor et ego eum coram Patre meo : qui in celis est.¹⁰⁵

In tempore paschali, Evangelium, Ego sum vitis vera. ut supra. [4].

GS:209; 1508-C:12r; 1513-C:5r.¹⁰⁶


Offer.
VI.



N virtute * tu-a Dó-mi- ne le-tá-bi-tur




jus- tus : et su-per sa-lu-tá- re tu- um ex-ul-tá-bit ve-



he- mén- ter : de-si-dé- ri- um á-nime e- jus tri-bu-

012.07.

In natali unius martyris.





In tempore paschali.



GS:204; 1508:30v; 1508-C:12r; 1513:15v; 1513-C:5r.¹⁰⁷

155-07. Offer. VIII.



Et finiatur cum Allelúya. quodcunque dicitur : nisi infra septuagesimam.


Offertorium. Justus ut palma florébit : sicut cedrus que in Líbano est multiplicábitur.¹⁰⁸ 131.

*In tempore paschali Allelúya.*¹⁰⁹

In natali unius martyris.


GS:209; 1508-C:12r, 20r; 1513-C:5r.¹¹⁰

Offer.
VII.




093.07.


Onfi- te-bún-tur * ce- li mi-ra-bí- li-



a tu- a Dó- mi- ne : ve- ri- ri- tá- tem tu-




am in ecclé- si- a sanctó- rum al- le-



lú- ya al- le- lú- ya.

GS:202, pl. w; 1508-C:1v; 12v; 1513-C:1v; 5v.¹¹¹

Offer.
I.




[5v.]

013.08


Ló- ri- a * et honó- re co- ro- nás-



ti e- um : et consti- tu- ís- ti e- um



su- per ó- pe- ra má- nu- um tu- á- rum



Dó- mi- ne.

In natali unius martyris.

Secreta.

Reséntia múnera Dómine qué-
sumus seréna pietáte intúere : ut
Sancti Spíritus perfundántur bene-
dictióne, quátenus illam válidius in

nostris córdibus dilectiónem infún-
dant : per quam sanctus *N.* mátyr
ómnia córporis torménta devicit. Per
Dóminum. In unitáte ejúsdem.

GS:209; 1508-C:12v; 1513-C:5v.¹¹²

027.09. Comm. I.

Ui vult ve-ní-re * post me áb- ne-get se-me-típ-
sum : et tol- lat cru- cem su- am et sequá-tur me.

Alia.

GS:210, pl. q.; 1508-C:12v; 1513-C:5v.¹¹³

136.09. Comm. V.

Ui mi-chi mi-nís- trat * me sequá- tur : et u-bi
e- go sum il-lic et mi-nís-ter me-
us e- rit.


In natali unius martyris.

GS:210; 1508-C:12v; 1513-C:5v.¹¹⁴

Comm. VI. 020.11.



O-su-ís-ti * Dómi- ne in cá-pi-te e-jus co-



ró- nam de lá- pi- de pre- cí- ó- so.


*In tempore paschali Allelúya allelúya.*¹¹⁵

GS:210; 1508-C:12v; 1513-C:5v.¹¹⁶


Comm. V. 093.10.



E-tá- bi-tur jus-tus * in Dó- mi- no et




spe-rá- bit in e- o : et lauda-bún- tur omnes recti



cor- de.

In tempore paschali.



Al-le-lú- ya al-le- lú- ya.

In natali unius martyris.

GS:210; 1508-C:13r; 1513-C:5v.¹¹⁷


095.08. Comm. VII.



- go sum * vi- tis ve- ra et vos pálmi- tes, qui
ma- net in me et e- go in e- o : hic fert fructum mul- tum
al- le- lú- ya al- le- lú- ya.

GS:202, pl. w; 1508:31r; 1508-C:1v, 13r; 1513:15v; 1513-C:1v, 5v.¹¹⁸

031.10. Comm. IV.



Agna est * glo- ri- a e- jus in sa- lu- tá- ri tu-
o : gló- ri- am et magnum de- có- rem impónes su- per
e- um Dómi- ne.

Postcommunio.

Quos refecisti Dómine celésti
mystério, ab ómnibus quésumus
propiciátus absólve delíctis : et¹¹⁹

intercedénte beato *N.* mártire tuo :
divíno múnere purificátis méntibus
perfruámur. Per.

¶ *In natali unius martyris et pontificis.*

Oratio.

Deus qui sanctam nobis hujus diēi leticiam, pro commemoratione beāti mārtyris tui *N.* atque pontíficis fecísti : adēsto famílie tue

précibus : et da, ut cujus hódie festa celebrámus : ejus méritis et intercessiónibus adjuvémur. Per.

Ad Hebreos. v. [1-4, 6.]

Fratres. Omnis pón tifex ex homínibus assúptus : pro homínibus constitúitur in his¹²⁰ que sunt ad Deum ut ófferat dona et sacrificia pro peccátis. Qui condolére possit his¹²¹ qui ignórant et errant : quóniam et ipse circúmdatus est infirmitáte. Et proptérea debet quemád-

modum pro pópulo : ita étiam et pro semetípso offerre pro peccátis. Nec quisquam sumit sibi honórem : sed qui vocátur a Deo tamquam Aaron, quemádmódu scriptum est,¹²² Tu es sacérdos in etérnum secúndum órduem Melchisedech.

¶ *Ad Hebreos. xiiij.¹²³ [9-14, 16.]*

